



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

**R.D. Iacobi Marchantii, Pastoris Et Decani Covviniensis
SS. Theolog. Professoris, Rationale Evangelizantivm**

Marchantius, Jacobus

Coloniae Agrippinae, 1661

Eadem Dominica, Lect. 6, quadrip. Duc in altum, & nam Ecclesiam designari per Naviculam, ex qua docet Christus. In secunda quid sit laxare rete in verbo Christi. In tertia quomodo homines hujus ...

[urn:nbn:de:hbz:466:1-56372](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-56372)

2. Cor. 3.

claritatis Dei, in facie Iesu Christi. Tandem autem si hic cum desiderio contemplati fuerimus faciem Domini, nos revelata facie gloriam illius speculariter, in eandem imaginem transformabitur à claritate in claritatem, tanquam à Domini spiritu. Quasi dicat: Nos divinam gloriam & claritatem quasi specula recipientes, participes efficiemur ejusdem claritatis in eandem transformati, sicut speculum claritatem & imaginem, solis recipit. Et transibimus à claritate in claritatem, à claritate Christi in claritatem nostram; ut stamus elati ejus fulgore radiante in nobis, faciente id spiritu Dei in nobis.

Exod. 33.

Hoc ex parte fit in hac vita, perfectè autem fiet in altera, quando perfectissimè adimplebitur petitio Moysis: Domine si inveni gratiam in oculis tuis, ostende mihi faciem tuam. Tunc enim ostendet nobis sicut & Moysi faciem sine velo & nebula, faciem divinitatis contemplandam oculo mentis, faciem humanitatis contemplandam oculo corporis, ut interius exteriusque objectum inveniamus consummatam beatitudinis. Tunc feliciter quam Moyses in foramine petrae intuens transluentem Domini gloriam ex humeris ejus resurgentem, nos in divini vultus splendore gloriantes in clama-

Exod. 34.

bimus: Dominator, Domine Deus misericors, & clemens, patiens & multa miserationis, & verax, qui custodis misericordiam in milia.

3. Morale

Aspirandum ad spirituales Christi salutem.

Tertiò, exemplo irruentis turbae ad tangendum eum, docemur accedere ad Christum desiderio concretus spiritualis qui fit per fidem & pietatem. Si tangamus eum, tangeret & ipse nos; & virtus de illo exibat, & sanabit languores nostros. Felices fuere qui Christum tetigerunt: felices quos tetigit Christus Maria & Joseph, Simeon & Anna tetigerunt eum brachiis reverentiae & devotionis, & quantam ab ipso gratiae abundantiam consecuti sunt? Tetigit ejus simbriam Hemorrhoida, & non solum sanitatem corporis nata est, sed etiam spiritus. Tangit ejus sinum Joannes in eo requiescens, & quantam sapientiae & amoris inde copiam hausit? Tetigit Magdalena pedes ejus, & nonne ex hoc contactu sortitur plenissimam remissionem & dilectionem? Tetigit Thomas vulnera, & omne per hoc reducitur ad fidem, ita ut illius professionem faciens in clamat, Dominus meus & Deus? Multos & ipse Christus voluit benedictione suo tangere, ut eis impartiretur sanitatem & vitam, benedictionem & gratiam. Tenet puellam emortuam per manum, & suscitavit. Apprehendit hydropticum, & sanat. Tangit manum aridam, & illam in vigorem revocat. Tangit oculos caecorum & aperiuntur. Tangit linguam & aures surdi, audit & loquitur. Tangit loculum adolescentis qui efferebatur de civitate Naim mortuus, loculusque mortis fit lectus & locus resurgens. Ubique igitur felix Domini contactus, si ve prius tangatur, si ve ipse praevenerit & tangat. Oportet & nos accedere, ut eum tangamus: oportet ei supplicare ut dignetur nos tangere. Rossumus

cum Simeone & Anna, cum Joseph & MARIA cum ulnis caritatis amplecti cum Hemorrhoida vestem & simbriam salutiferam exocularem, cum Magdalena ad pedes sedere, & eos irrigare cum Joanne in sinu ejus requiescere, cum Thoma vulnera palpare. Nequimus id contactu corporali, sicut olim quando in terris conversatus est in carne mortali, nam hoc negat, dum Magdalena dicit post resurrectionem. Nolite tangere; illa enim (interprete Ruperto, & aliis nonnullis Patribus) gerebat figuram Ecclesiae, quae jam sublimiori tactu ad eum pertingere debet, nec decebat amplius (instat Synagoga) eum palam hic cernere, audire, palpare. Possumus tamen tangere contactu vero, reali, substantiali, quia ei re ipsa unimur admirabili modo in Sacramento, concorporati & ejus confanguinei effecti. Ibi non solum concedit nobis tangere simbriam & vestimentum, sed etiam praebet manus & pedes, os & lacus, & osculandum, ad ingrediendum, ad sugendam gratiam, benedictionem, vitam, salutem. O felix contactus, in quo possumus cum Thoma exclamare; Dominus & Deus meus! Irruamus ergo ad eum cum desiderio ardente, ut audiamus ibi eum, ut fidei oculo contemplemur, ut tangamus, ut ipsi conjugamur, ut transformemur in eum, ut reformemur renovemurque spiritu mentis nostrae, ut nostra cogitatio non sit nisi de eo quod audivimus, quod vidimus, id est: quod contemplantur, de verbo vitae; ut vitam tandem aeternam ab eo participemus, in qua videbimus eum sicut est audimus eum vocem & sapientiam loquentem sine obscuritate, fruamur ipso plenissime tota aeternitate. Quod nobis donec qui est benedictus in saecula.

HADEM. DOMINICA.

Duc in altum, & laxate retia in capturam. Luc. 5.

LIT. 4. quadriga

CHRISTUS Dominus ascendit in navim, quae erat Simonis, non solum ut sic a turbis paululum remotus eas de navis commodius doceret, calque cerneret coram se, & cerneretur ab illis; verum etiam hic sublimior ratio quaedam reperitur. Nempe navis illa, quae erat Simonis, Ecclesiam praesignabat à Christo committendam. Simoni Petro ex qua Christus tamquam Cathedra in finem usque saeculi docebit turbas fidei & morum veritatem. Sic sedes & navis Petri sedes est & navis Christi, in altum ducenda, in profundum pelagus Romani Imperii; quia in ipsa Roma tamquam Veritatis sedes & cathedra est collocanda. Vis ergo scire quid sit Romana Ecclesia? 1. Hæc est Ecclesiarum Mater & Magistra, cujus doctrina omnes aliae debent adherere. 2. Hæc est Tabernaculum sacrum Domini, à quo decreta fidei petuntur. 3. Hæc est Oraculum Christianorum, à quo infalli-

Luc. 5.

PARS II. Nativitas sancti Petri & Pauli apostolorum.

Quia sit Romana Ecclesia.

infallibiliter omnis de veritate dubitatio resol-
vitur.

4. Hæc est Tribunal Christi, à quo omnis erro-
ris & hæresis condemnatio procedit.

5. Hæc est Civitas Solis, a qua lux veritatis toto
orbe diffunditur.

6. Hæc est Fons purissimus, in varias orbis Re-
giones diffundens aquam sapientia salutaris.

Eccl. 51. 7. Hæc est Domus Disciplina, de qua : *Ap-
propinquare ad me inducitur, congregamini in domo Di-
sciplina.* Extra navem Petri, extra Romanam sedem, omnis doctrina repudianda est, tamquam vel
dubia & suspecta, vel erronea & falsa : quia extra
illam non docet Christus, sed Satanas & Antichri-
stus. Sic dum navem sibi particularem non colliga-
tam Romanæ fabricant sibi Arius, Lutherus, Cal-
vinus, agnoscitur in eis Satanas docens & ille mali-
gus Spiritus qui est Christo adversus, nam & eor-
um quandoque humeris etiam insedis visus est,
& locutati ad hæreses. Sic fatetur Lutherus se plus-
quam modicum salis cum dæmone comedisse. Sic
& S. Fulbertus Carnotensis Episcopus vidit dæ-
monem humeris Berengarii primi Sacramentarii
insedis. Sic fatetur Zwinglius hæreticus sibi no-
tè affuisse spiritum qui suggereret interpretatio-
nem istius, Hoc est corpus meum, id est; Hoc
significat corpus meum; sicut illud: *Hoc est Pha-
se, id est transitus Domini.* Sive Agnus est Phasæ,
id est, Agnus significat transitum Domini. An au-
tem atrox fuerit ille spiritus, an albus, dicere ne-
scire.

Quæcumque Regiones infideles Verbum fidei
audierunt, & susceperunt primitus, illud è Petri
navi tamquam Christi cathedra susceperunt. Pe-
trus enim à Christo constitutus fuit ut gentes per
os ejus fidem susceperent; & Orbis Ecclesias prin-
cipales ipse suadavit in fide & doctrina, vel per se
vel per illos quos misit, vel per suos successores, &
vicem gerentes. Nulla enim Regna ad fidem adduc-
ta sunt è tenebris infidelitatis, quin intervenerit
auctoritas Romani Pontificis. Sic ipsemet Petrus
fundavit in Oriente Ecclesiam Antiochenam, & ibi
reliquit Episcopum Evodiam; ideo olim totius
Orientis Episcopi parebant Antiocheno Ad Meti-
dium transiit Marcum Discipulum, Alexandriam
transiit, cujus civitatis Episcopus præerat
Egypto, Arabia, Æthiopia, & parti Africae. Ad
Occidentem etiam præcipuas Galliarum, Hispaniarum,
Africae, Italiae, & adiacentium Insularum
Ecclesias constituit, ut ex ipsismet diversarum Re-
gionum Historiis & Traditionibus aperte colligi-
tur. Ad Septentrionem quoque primarias Eccle-
stas fundavit in Ponto, Cappadocia, Bythina, Græ-
cia, Dalmatia, Germania, ad quam misit Eucha-
rium, Valerium, Maternum. Sic & modo per Petri
potestatem communicatum ejus successoribus,
susceperunt in Indiis, in Japonia, in Sinarum Regno
innumeri fidem Romanæ Ecclesie, ex qua docet
Petrus, docet & Christus usque in sæculi finem.

Notandum porro, quia ex navi turbas docuit
Christus, ideo templa nostra in quibus eadem
Christi doctrina proponitur instar Navis solent
strui & efformari. Nam Portale habet se instar
Puppis : Chorus autem & pars ubi altare majus
constituitur, desinare solet in acumen, Proramque
designat : Campanile prominens Navis Malum ce-
rectum significat. Illud autem cruce signari solet,
quia in Ecclesia Christi, quæ est Navis Petri, Crux
pro Arbore & Malo nobis servit, Fides pro ancho-
ra, Spes pro velo, Charitas profunibus colliganti-
bus, Spiritus sanctus pro zephyro; nos autem in ea
remigantes sumus & ad portum æternitatis tendi-
mus Duce Petro sive ejus successore.

Notandum ulterius quod cum Petro hic dictum
fuisse, ut *Naviculam reduceret pusillum à terra,*
postea eadem mandatur; *Duc in altum.* Tunc vero
Petrus & Apostoli à terra pusillum reduxisse cen-
sendi sunt Naviculam, cum in Judæa docerent,
tunc vero in altum duxisse, cum inter Ethnicos E-
vangelium promulgarunt. Primò enim vicinis
populos è navicula docerunt; Deinde in re-
motiores gentes progressi sunt, ac in imperium
Romanum turbulentissimæ profunditatis perve-
nerunt Oceanum, ubi erat diligentissima supersti-
tione collectum, quicquid usquam fuerat vanis er-
roribus institutum. Ita interpretatur S. Aug. Hay-
mo, & perique interpretes. At S. Ambrosius, ideo Pe-
tro Archimacharcho dictum fuisse putat, *Duc in altum,*
quia in profundissimum Trinitatis & Incarnatio-
nis pelagus debebat intrare ante ceteros, quod
patuit in responso illo suo; *Tu es Christus Filius Dei*
veri. Audi verbi S. Ambrosii: *Soli Petro dicitur;*
Duc in altum; hoc est in profundum disputationum.
Quid enim tam altum, quam altitudinem divinitarum
videri scire Dei Filium, & professionem divina genera-
tions assumere? In hoc altum disputationis Ecclesia à
Petro dicitur: ut vident hinc resurgentem Dei Fi-
lium, inde Spiritum sanctum profusentem. Propterea
sacra Scriptura & fidei nostræ profunda mysteria
semper ad Petrum referuntur, ut ejus fides & au-
thoritas ad illorum solidam veritatem nos ducat.
De hac re Innocentius in decretali ad Patres Con-
cilii Milevitani sic loquitur: *Per omnes Provincias*
de Apostolico fonte potentibus responsa semper ema-
nant. Quoties fidei ratio ventilatur, arbor omnes
Fraves & Coepiscopos nostros nominis ad Petrum, id
est sui nominis & honoris auctoritatem referre debere,
quod per totum orbem positi omnibus Ecclesiis in com-
mune prodesset.

S. Gregorius etiam advertit ex eo quod non sta-
tim dictum est Petro, *Duc in altum,* sed prius mo-
netur reduceret naviculam pusillum à terra, admo-
neri Prædicatores verbi divini ut rudibus popu-
lis, nec altanimis, nec tamen terrena prædicent;
sed se capacitati auditorum accommodent, pau-
latim eos à terrenis reducendo, nec statim in
profunda Sacramenta ita ducendo, ut non intel-
ligant. Unde illud: *Aquis ligat in nubibus, ut non*
Eccl. 2.

Eccl. 51.

Eccl. 52.

Eccl. 53.

Principa-
les orbis
Ecclesias
S. Petrus
fundavit.

Quid sit
Romana
Ecclesia.

Nota 2.

Matt. 16.

Eccl. 2.

verumpant deorsum pariter, eidem accommodans, dicit quod in Concionatoribus Deus doctrina ligatur, ne totam effundant, sed pro auditorum captu illam communicent. Hunc sensum moralem amplificat S. Greg.

Nota.

Denique hic notandum, quod cum potuerit Dominus imperare, voluit tamen rogare Petrum, ut intelligamus quod non tyrannico imperio ad suam nos adigit servitatem, aut executionem eorum quae mandavit; sed ut nostrae salutis amantissimus nos sapius amore & quibusdam velut precibus inducit. Rogat, dum nos eum rogare deberemus urget nos, cum potius nos sollicitum eum urgere deberemus in negotio salutis nostrae. Rogat ergo omnium Dominus, ne coactum obsequium illi gratum esse putemus. Voluntatem requirit, cor postulat, nulla enim necessitas homini posita est, sed ita medius inter ignem & aquam positus est, ut ad quodcumque voluerit, porrigat manum suam. Non trahit ipse nolentem, sed rogat & inducit ut velit. Magna sane dignatio & mansuetudo Christi apparuit, quod pro adeo exigua re Petrum roget nolens illi molestus esse. In qua etiam (teste S. Bonaventura) Praelatis exemplum dare voluit, ut malint amore suos continere, aut errantes in gregem revocare, quam furis & fulminibus abstergere, & ut semper cupiant magis amari, quam timeri. Verum e contra multi imperiis suffocant sibi subditos, quibus & Deus per Bzechielem improperat: *Cum austeritate imperabatis ovis meis, & cum potentia. Sapiens sic nostro congrue proposito loquitur Deo: Cum magna reverentia disponi nos. Cur sic loquitur Sapiens? An reverentia alteri debetur, quam Superiori? Ergo Deus erga creaturam videtur non posse habere reverentiam, cum sit omnium Dominus. Tamen in exterioribus quibusdam effectibus sic se gerit erga homines, moderans & disponens illa quae eos concernunt, ut videatur quandam habere erga eos reverentiam, quasi metueret ipsos offendere. Exemplum dat Superioribus, ut non cum elatione & feritate se gerant erga subditos; sed quantum fieri potest, cum quadam reverentia disponant quae disponenda sunt circa illos, suamque verbo & petitione potius inducant, quam auctero imperio. Hoc ergo etiam Christus Dominus videtur voluisse insinuare, dum rogavit Petrum naviculam a terra ut reduceret pusillum, sicque commodius doceret illa paululum semota a turbis. Cum autem non exprimat Evangelista quidnam tunc docuerit Christus, recte contra Haereticos colligimus multa Ecclesiae a Christo & Apostolis fuisse tradita, quae insuere conscripta. De quibus traditionibus susce nobis traditum est in quarto Pastorem tract. a. lect. 1. prop. 3.*

Exech. 34

Sup. 1a.

Sup. 1a.

Sup. 1a.

Sup. 1a.

Sup. 1a.

Sup. 1a.

Sup. 1a.

Sup. 1a.

Sup. 1a.

Sup. 1a.

Sup. 1a.

Sup. 1a.

Sup. 1a.

Sup. 1a.

Sup. 1a.

Sup. 1a.

Sup. 1a.

Sup. 1a.

Sup. 1a.

Sup. 1a.

Sup. 1a.

Sup. 1a.

Sup. 1a.

Sup. 1a.

Sup. 1a.

Sup. 1a.

Sup. 1a.

Sup. 1a.

Sup. 1a.

Sup. 1a.

Sup. 1a.

Sup. 1a.

Sup. 1a.

Sup. 1a.

Sup. 1a.

Sup. 1a.

Sup. 1a.

Sup. 1a.

Sup. 1a.

Sup. 1a.

Sup. 1a.

Sup. 1a.

Sup. 1a.

Sup. 1a.

Sup. 1a.

Sup. 1a.

Sup. 1a.

Sup. 1a.

Sup. 1a.

Sup. 1a.

Sup. 1a.

Sup. 1a.

Sup. 1a.

Sup. 1a.

Sup. 1a.

Sup. 1a.

Sup. 1a.

Sup. 1a.

Sup. 1a.

Sup. 1a.

Sup. 1a.

Sup. 1a.

Sup. 1a.

laxaret recta in capturam piscium. Petrus licet nocte iora fatigatus sine successu prospero piscationis fuerit (cum tamen nox sit commodior piscationi quam dies, quia pisces de die in profundum abeunt, nocte autem enantant in superiorem aquae partem) tamen non abuit, nec contradicit iubeanti, sed mox obtemperans dicit: *Præceptor per totam noctem laborantes nihil cepimus, in verbo autem tuo laxabo rete.* Quasi dicat: Tantifacio verbum tuum, illique adeo confido, ut parendo credam me non posse spe frustrari. O efficaciam divini verbi & præcepti! Ovis & fractus obedientiae; Cum hoc fecisset, concluderunt piscium multitudinem copiosam. Sic quantumlibet difficultia nobis imperentur, si modo a Dei verbo, aut ejus gloria & honore proficiantur, dicendum est: *In verbo tuo laxabo rete.* Abrahæ dicit Deus: *Exi de cognatione & terra tua, faciam te in gentem magnam; nihil abuit, nihil reludat, sed verbo Dei obediens laxat rete, & cum spe profectus, spe non fuit frustratus. Item tum audit a Domino, immolandum esse lituum suum, cum tamen sibi didicisset: In Isaac vocabitur tibi semen. Interim verbo Domini obtemperans, credidit in spem contra spem, inquit Apostolus, nec frustratus est. Sic Propheta Elias a muliere Saraptrana tempore famis petit paululum panis & olei, quod sibi & filio suo pro necessitate supererat: credidit ipsa sermone & verbo, & factum est, ut lycethus olei & farina in ejus domo non deficeret. Sic illi quibus dicit: *Vade, vende omnia qua habes, & da pauperibus & sequere me, si sine tergiversatione morem gerant, non defraudantur, quin accipiant centuplum in hoc saeculo, & copiosam mercedem in caelo. Itaque cum Petro obsequendum est Domino Jesu, si ve roget, ut navicula nostra paululum reducatur a terra, hoc est, ut anima nostra a terrenis affectibus & illecebris removeatur, ut locum commodum doctrinae ejus interiori demus, si ve jubeat, ut in altum naviculam ducamus, aspirando & conitendo ad sublimitatem perfectionis longe a nobis relicta terra & terrenis omnibus; si ve mander laxare rete, ad adducendum ad salutem nobiscum alios. Totus enim scopus noster esse debet, ut in nobis Dei voluntas adimpleatur, & a nobis indeoque ad hunc effectum ejus voluntati & potestati nos & omnia nostra sunt committenda. Hoc docet nos S. Petrus: In verbo tuo laxabo rete. Hoc post ipsum docet S. Augustinus, dum sic orare nos monet *Domino da quod jubet, si ve quod vis.***

Porro haec laxatio retium in verbo Domini facta & conclusio multitudinis copiose piscium conclusa, designabat Evangelii praedicationem per Apostolos, & eorum vicem gerentes expandendam per orbem, cum copiosa animarum conversione ad Deum. Cum enim Apostoli ex professione & arte forent piscatores, non mutavit Dominus artem & officium, sed objectum, volens ut fierent piscatores hominum, qui piscatores erant piscium

Magnus obediens fructus.

Gen. 12.

Gen. 12.

Gen. 25.

Rom. 4.

3. Reg. 17.

Mat. 13.

Ex cap. per ver. S. 2. m. 1.

S. 2. m. 1.

marinorum. Unde auctor Glossæ ordinariæ de hac re sic loquitur. Mutatur intentio, non piscatio, mutantur retia in doctrinam, cupiditas in amorem animarum. Fit mare seculum, navi Ecclesia, pisces homines. Multi tanquam pisces in mari periculoso hujus sæculi natare, hoc est, in voluptatibus, opibus, sceleribus vitam ducunt; sed per sagenam Apostolicam & per rete prædicationis feliciter educuntur de profundo errorum, deluto vitiorum, de tenebroso statu, de amaris fluctibus voluptatum, ut ad lucem gratiæ veniant, nec petant; sed referuntur ad vivendum, & nascuntur in fluentis aquæ vivæ cum tranquillitate & securitate. Unde S. Ambrosius. Bene Apostolica instrumenta piscandi retia sunt, quæ non captos perimunt, sed reservant, ut de profundo ad lumen extrahant, & fluctuantes de interitus ad spernam perducant. Primum igitur ipse Christus piscatoris reti suo circa mare piscatus est; ac deinde per illos toto orbe pisces ad se adduci voluit, quasi e profundissimo & letissimo sinu maris. De hac re S. August. serm. 4. de Petro & Paulo sic ait: Dum insularetur Petrus gregibus agnovit, ipse in rete incidit Salvatoris. Christus homo verbi ipsum tenuit Piscatorem. Qui latebat in solo, verbi retia spargit in mundo. Tunc pisces induxit, nunc homines sagena spiritualibus irritavit. Sagena autem Apostolica nihil potest nisi in verbo Domini, quia ipsum Domini verbum rete & sagena est, & non nisi virtute illius captura fit piscium: unde qui antequam cepiant totâ licet nocte fatigati, mox in verbo Domini concludunt copiosam multitudinem. Cum autem dicat Dominus: Verba mea non transibunt, semper ipse manet rete cum efficacia. Audi hac de re S. Basilium Seleucus Orat. 29. Audivisti Publicanus; Venite ad me omnes qui laboratis & onerati estis, & ego reficiam vos, emique vocem sui causâ prolatam ratus curabat; Vnus sum, inquit, qui publicanorum gravamur oneribus, jugum tuum subeo, retia tua excoquor; & factus est Publicanus Publicanorum exprobratio. Neque verborum Christi efficacia hæc tenet: sed quemadmodum lata sagena in fuscum mare explicita, unde quaque piscium convertit, examinata; sic & peccatorum & turbis in salutarem vocem illius sagena incurrunt. Hæc eleganter S. Basilus.

Verba Christi fuisse retia, quæ adhuc modo laxantur & explicantur in mari hujus sæculi, ut piscibus capiendis serviant, hoc est, ut serviant conversioni peccatorum. Sic retis fuit Antonio illud verbum Domini ex Evangelio reperitum: Vade, vende omnia quæ habes, da pauperibus, veni, & sequere me. Mox enim ut audiret illud in Ecclesia pronunciatum, quasi sibi dictum existimans, obtemperandam Christo existimavit: venditque re familiari pecuniam omnem pauperibus distribuit, & dissolutis omnibus impedimentis cælestis vitæ genus in terris colere instituit. Sic idem rete S. Franciscum e mari hujus sæculi

ad litus adduxit, & ad Apostolicæ vitæ imitationem induxit. Cum enim audito missæ sacrificio Missale aperiri à Sacerdote optasset, primo occurrit illud: Si vis perfectus esse, vende quæ habes, da pauperibus, veni, & sequere me. Cum secundo aperiretur, occurrit illud: Si quis vult venire post me, abneget seipsum, tollat crucem suam, & sequatur me. Cum tertio aperiretur, occurrit illud: Non portabitis, neque peram, neque calcamantia. Quo quidem triplici retia attractus est, ut exinde perfectæ & Apostolicæ vitæ fundamenta jecerit. Et quoniam hoc rete incidit, etiam per illud ipsum alios attraxit ad eandem perfectionem, Piscator factus coram Domino.

Sed etiam rete fuit Augustino illud ab Apostolo S. Augustini nomine Domini laxatum verbum: Non in commensatione ebrietate non in cubilibus, & impudicitia, non in contentione, & amulatione, sed in adiuvando Dominum IESUM Christum. In illud enim incidens cum adhuc amarum jactaretur sæculi fluctibus, mox ex illis attractus est, & lucem vidit, ac securitatem invenit. Deinde etiam ipse piscator factus, Alipium fidum sodalem secum traxit, cum iterum codicem Apostoli aperisset, ubi & in verbo Domini laxatum erat illud rete pro Alipio: Infirmitatem in fide assumite. Vide lib. 8. Confessionum S. Augustini.

Denique voces Evangelicæ & Apostolicæ quotidie pro reti serviant animabus ad exendum de mari hujus amari mundi, ut serviant Christo, & in cœnobis quasi in piscinis aquæ vivæ pascantur felicitius & securius, sicut que cibis Domino delictus. Ideo de voce illa: Venite ad me omnes qui laboratis, &c. dicebat supra S. Basilium Seleucus orat. 29. O vobis terram capitis amagenti! Orbem per vasa ea vox, infulans occupavit. sine vi capta sunt civitates, provincia concurrunt. Cessit in prædam Græcia, admisit eam Barbaria, Reges adoraverunt, Imperatores cervicem subiecerunt. Hoc quidem initio fidei verum fuit, sed adhuc quotidie illa vox in quorundam animis in valet, & ad perfectionis litus eos adducit, congregans eos sicut sagena pisces.

Interim advertendum, non raro contingere ut retia Evangelicæ laxentur Concionatores in Ecclesia, & tamen exiguum referant fructum, quia non tam in verbo Christi (ejus gloriam purè querendo) hæc retia laxare videntur, quam proprium commodum propriamque laudem aucupando. Piscantur hi non in dextra navigii, sed in sinistra, per intentionem quadam ratione finistram, nec irare clam: sic in vanum tota nocte laborant, nec eorum Deus laboribus benedicit, quia oculus ipsorum tenebrosus est, nec est lucidus totus. His dicitur à Domino: Vado nolumen quod vire est, tenebre sunt. Felicititer autem semper illis succedit, qui nihil suis meritis, nihil suis laboribus, sed Christo totum adscribunt, qui nec propria cupiditate aut gloria impelluntur, sed dicunt: Non nobis Domine, non nobis, sed nomini tuo da gloriam, & cum fecerint omnia

Matt. 19

Luc. 9

S. Augustinus

Rom. 12

Matt. 23

Curr. super sine fructu piscatio Evangel.

Luc. 11

Psal. 109

Magnus

Gen. 12

Gen. 12

Gen. 25

Rom. 4

Reg. 17

Matt. 23

Luxatio

S. Fran-

omnia quæ debent facere, se servos inutiles pronuntiant. Nam licet exiguus forte sequatur fructus, ipsis tamen multum meriti accrescit, ita ut dicat S. Augustinus libro 1. contra Cresconium cap. 8. Sicut malignus suavor peccati, etiamsi non perjuaserit, merito penam deceptionis incurrit; ita fidelis iustitia. Prædicator, etiamsi ab hominibus respiciatur, absit ut apud Deum officii sui mercede fraudetur. Itaque in verbo Domini laxandum est rete, sibi Dominum Iesum proponendo tamquam principium influens, nihil optandò dicere quod ipse non posuerit in ore. Et ideo obnixè obsecrandus est, ut inspiraret & influat virtute & spiritu suo, ut nihil nisi quod ad ejus amorem, timorem, cultum spectet, intendatur in verbi Evangelici tamquam retis celestis explicatione & expansione. Lux ejus imploranda est, ut non cogatur quis dicere cum Petro: Præceptor tota nocte laborantes nihil cepimus. Nam ut rectè advertit in hunc locum Beda: Nisi Dominus cor illius retraxerit adjutorium, Doctor in nocte laborat, nisi in verbo gratiæ supernæ laxata fuerint instrumenta disputationis, frustra vocis jaculum Prædicator mittit; quia fides populorum non sapientia verbi compositi sed divinæ vocationis munere provenit. Idem asserit Ambrosius, sic super captivam copiosa piscium inclamaas: Opresumptio vacua! O humilitas fructuosa! Qui nihil ante ceperant, magnam in verbo Domini multitudinem concludunt. Non hoc fecundia humana est opus, sed superna vocationis est munus. Quia verò semper ita sibi advigilare potest mens humana, quin aliquando opus divinum exequens aliquid humani patiarit; ideo monendi sunt piscatores, ut postquam retia expanderint, descendant ille lavare. Quid est post piscationem descendere? hoc est, post concionem cordis humilitate se inclinare. Quid retia lavare? Hoc est, si quid jactantiæ aut vanitatis concioni sese insperferit, mox illud advertere & abluere humilium compunctione & oratione.

PARS III
 Homines
 kistius
 culti in
 re labo-
 rant.

Nequè verò solum Concionatores instructuosi possunt dicere illud Petri, Præceptor per totam noctem laborantes, nihil cepimus, sed idem etiam possunt usurpare omnes qui in tenebris hujus sæculi agentes quasi tota nocte hujus vitæ in vanum laborant, quidam quidem piscantes honores, alii opes, alii voluptates, alii beneficia pingua & præbendas, alii sublimiorem statum. Certè hi non nisi telas araneorum expandunt ad captandas muscas, & sæpè nihil capiunt, nihil proficiunt; scopæ mortis mox adveniens exerceat & evolvit atque istos cum suis subtilibus filis & telis, ignique eradit. O infelix piscatio ista! O captiva instructuosa hominum mundanorum inhiantium voluptatibus, honoribus, opibus, in caligine deploranda! De his sæpè fit mentio in scriptura sub nomine araneæ, ad insinuandum grandem eorum laborem, & tamen omnino instructuosum. Sicut tela

1eb 8.

araneorum fiducia ejus, fiducia scilicet quam impie ponit in operibus, voluptatibus, honoribus, mox a vento flante dissipabitur & peribit. Sic in araneorum telas erit virtutis Samaria, quia ventum seminavit & turbem mentem, cultum suum non est in eo germen non facit farinam, quod est fecerit, alieni comedunt. Homines hujus sæculi ex auro & argento sibi idolum quoddam fabricate censentur quasi vitulum quem adorent, sicut Samaria Deum Apin sub figura vituli aucti colebat, sicut etiam Egyptii & olim Hebræi egressi ex Egypto. Sed idolum eorum opus est inutile, vile, & evanidum ac invalidum, unde & disperdetur spes eorum, quia in auro ponunt, aut honore instat tela araneorum; nec hæc tela eos in Dei judicio & morte vestire poterit, aut tegere. Quinimo similes erunt illis qui ventum seminant, & postmodum turbinem metunt, hoc est qui inanis labore fatigant, & non nisi calamitatem colligunt. Similes quoque erunt manipulo spicarium carentium grana, quæ inutilis sunt ad conficiendum panem. Hoc est omne studium eorum nihil boni eis pariet, nullum fructum feret tota licet vita laborarint. Item de his sub nomine araneæ loquitur Psalter. *Tabescere fecisti sicut araneam animam eius. Item: Anni nostri sicut aranea mediantur.* Iterum Isaias. *Telas araneorum texerunt, tela eorum non erunt in vestimentum, neque operientur operibus suis, opera eorum opera inutilia. Et opus iniquitatis in manibus eorum.* In multis itaque mundani similes sunt araneæ texenti opus suum futile, ideo adco frequenter hæc similitudo araneæ à Prophetis producit. Vis videre particulatius in quibus ipsi araneæ similes sint:

Osa 2.

Exod. 24.

Psalm. 38.

Psalm. 39.

Psalm. 59.

Mundani similes araneæ.

1.

Primò meditantur & tabescunt instar araneæ. Anni eorum quid sunt nisi continua exercitatio, & laboriosa meditatio? Tempus vitæ eorum vano labore, multo dolore, varia sollicitudine exercitur, sicut cum aranea filis fila necit, continuus est labor & sollicitudo.

2.

Secundò, araneæ non solum laboriosè telam suam orditur, hac illac discurrens in idem sæpè rediens atque circumiens; sed ipsam se ipsam consumit, exereerat, eviscerat, ut texturam suam absolvat. Sic nonnulli ut opes accumularent, non solum sollicitudinem ordinariam adhibent, sed etiam rotos se eviscerant & exhauriunt labore indicibili, & sæpè valetudini suæ ac animæ non parcunt. Ideo de ipsis dicitur: *Tabescere fecisti sicut araneam animam eius.*

Psalm. 38.

3.

Tertiò, araneæ sæpè non absolvit opus suum, sed vel illi immoritur, vel vento flante dissipatur, vel alio casu dissolvitur, vel levissimarum ductu interciditur, & araneæ ipsa interciditur sua tela involuta, pedibusque obteritur. Sic textile ejus opus fit ei quasi linteum funebre quo involvitur, aut quasi retis qua enecat. Sic homines cupidi, ambitiosi, mundani sæpè suo immoriuntur operi, quod jam vel inchoarant, vel cogitatione versabant, & antequam

antequam fruatur rebus speratis, deficiunt; dies quos sibi felices sperabant; inveniunt fatales; domum amplam quam edificabant, inveniunt sumum mox sepulchrum. Venit est mors ipsa, dissipans omnia eorum opera, vel vota in medio cursu. Scopae est iudicium Dei, illos involvens & conterens, flammisque adjudicans. Unde S. Gregor. lib. 15. moral. cap. 9. *Telus aranea texere est pro huius mundi concupiscentia temporalia quaelibet operari, quadam nulla soliditate stabilita sunt, ex proculdubio ventus vite mortalis rapit.*

Quarto, ut jam dictum est, textile illud opus araneae non nisi sordida est tela, nec nisi muscis, aut culicibus captandis tanto labore & sollicitudine adaptata. O stultitia textentis, & sese eviterantia pro adeo exili mercede! Sic homines mundani corpus & animam eviterant, & perdunt, pro muscis, pro re vili & futili.

Merito ergo possunt ipsi dicere: *Per totam noctem laborantes nihil cepimus.* Sol intelligentia non luxit eis, in tenebris ambulavit, in tenebris laborant, in caligine ignorantiae versantur, lassati in via perditionis & iniquitatis sine fructu; quia nec id quod ambiebant, plene assequuntur, & licet assequerentur, inane plane esse, inaneque pro illo laborem agnoscerent postea coguntur. *Dormierunt somnum, & nihil invenerunt viri divitiarum in manibus suis: Quapropter tunc exclamant: Per totam noctem laborantes nihil cepimus.*

Si posset resurgere Alexander, si Pompeius, si Caesar, si innumeris alii honoribus, opibus, gloria clari, absque dubio inelamarent nobis *per totam noctem laborantes nihil cepimus.* Lux & Sol intelligentia non est ortus nobis. Diceret Alexander, tantane laborum assidua fatigatione orbem totum oportuit circumire & mihi subjicere, ac tandem misere occumbere, & in gloria in tenebris loculo septem pedum contentum esse? Verè tota nocte laborans nihil cepi; sceptrum omnia & regna omnisque gloria somni instar abiit. Diceret Pompeius, itane totum Romanum concutere oportuit imperium, ut tandem spiculatorum perfidiam reperirem, qui mihi caput amputaret, & gloriam omnem meam demereret? Verè tota nocte laborans nihil cepi, inantibus umbris nocturnis delusus & infelicitate decipitur sum; dum illas apprehendere putavi, perii. Diceret Julius Caesar Pompei Emulus, itane commiscenda erant omnia civilibus bellis, & patrio cruore, & tandem infortunatissime in medio Senarus à Siciariis perimi & conculari, in dibusque hostium meorum exponi? Verè tota nocte laborans nihil cepi, nihil messui nisi ventum & turbinem, nihil nisi caliginosam calamitatem. Diceret Abrahama, itane totam Patriis Regiam, totumque Israelis regnum in discrimen vocare oportuit, inexplibili ambitioni locum dando, paterno etiam cruore eam extirpare nitendo, ut tandem reperirem infelicem arborem, cui auri cincinni adhaerentes & virent mibi pro infansulo laqueo vitam & ambi-

tionem praefocante? Verè tota nocte laborans nihil cepi, nihil nisi aeternam infelicitatem invenni. Sic qui pro mundo laborant, de nocte laborant, & in tenebris laborant, & fatigati nihil fructus consequuntur. Qui vero pro Deo laborant, de die laborant, luce gratiae ejus adjuvantur & diriguntur, ac nunquam sua mercede frustrantur; veras enim opes & delicias, verum honorem & gloriam assequuntur. Magna ergo caecitas tota nocte laborando nihil capere, cum quis possit tantundem de die laborare, & magnum fructum reportare. Deus enim pro eodem labore regnum caelorum exponit venale, quo mundus & diabolus ementitam haec felicitatem, quam aeterna infelicitas consequi solet. Immo minori vendit labore, ita ut erubescere debeat homo tantillum pro Caelo & Deo detrectans laborem, cum pro mundo & diabolo longè majorem non solum infructuose, sed etiam infelicitissimè subeat. Unde Thomas à Kempis Lib. 3. de Imitatione Christi cap. 3. hac de re loquens adducit illud Isa. 23. *Erubescet Sidon aëre mare.* Addit ipse: *Si causam quæris, audi quare. Pro modica præbenda longa via curritur, pro aeterna vita à multis vix semel pos levatur. Promittit mundus temporalia & parva, & servit ut aviditate magna: Promittit Deus summa & aeterna, & torpescunt mortalium corda. Erubescet ergo & serve piger & querulose, quod sæculi homines inveniantur paratiores ad vanitatem & perditionem, quam tu qui te dicis servum Dei ad veritatem & salutem; cum illi spe sua frustrentur frequentissimè, Dei autem promissio neminem fallat, neminem dimittat inane. Unde sanctus Gregorius 3. p. Pastor. cap. 24. de allegato ex Isaia loco sic dicit: *Quasi per oceanum maris ad verendum Sidon adducitur, quando per comparationem vita secularium in hoc mundo fluctuantium ejus qui Deo dedicatus est, & quasi stabilis, ac manitus cernitur, vita reprobat. At sanctus Ambrosius alium moralem sensum ejusdem sententiae prophetice afferens, dicit quod quadam ratione mare accusat inquietudinem, fatigationem, importunitatem mercatorum avaritiae studentium. Audi ejus verba: *Hæc est vox maris, quasi fatigati elementi; Erubescet Sidon. Quasi dicat: Meos fructus negotiator arguis, cum sis ipse inquietior: erubescet velut pudore, quoniam periculo nihil movetis. Verendum est tunc sunt quam vestra cupiditates. Illi habent omnia; nunquid vestra quærendi omnia solvantur? Cum otiosa tempus est, nunquam vestra curiosa sunt navigia. Versatur unda sub remige, quando quis sit à flumine. Non parturivi, nec peperci, de Elia nec nutrivit juvenes, quid me inquietans quos nescio, de Elia quos non cognosco? Hæc sanctus Ambrosius. Quæ cap. 19. quidem omnia spectant ad declarandum quomodo tota nocte vitæ suæ homines laborent, sed in tenebris & caligine, in fluctibus & amaritudine, ita ut in aqua labores suos semineant, & pericula metant; cum tamen laborare possunt in die, & in littoris soliditate, & sic cum tranquillitate***

Osea 2.

Exod. 22.

Sal. 38. Sal. 39. Sal. 59.

Psalm. 75.

Abundant miles a. anca.

Sal. 38.

3.]

hate & securitate æternum fructum tandem mere.

PARS IV. Multitudo piscium rumpens rete quid signet.

NON sine mysterio tanta dicitur conclusa piscium multitudine, ut rete rumpetur & gravaretur, peneque mergeretur navicula. Sequatur interpretationem S. Augustini serm. 4. de diversis, & dicamus tria hic significata esse. 1. Mixture bonorum & malorum in Ecclesia. 2. Pressura multitudinis secundum fidem non convertentis. 3. Schismata & hæreses postmodum exorta.

a. Baronia malo: per mixtu.

Quantum ad primum, bonis scilicet malos in Ecclesia permixtos esse, multis similitudinibus Evangelica doctrina declarat. Ideo enim Ecclesia comparatur Orili, in quo sunt oves & agni, Arca in qua sunt paleæ cum tritico, Agro in quo sunt zizania cum bono semine. Vineæ in qua sunt cum frugiferis palmites infructuosi & abscindendi, Domus in qua sunt vasa in contumeliam cum vasis in honorem, Arca Noë in qua est corvus cum columba, cum mundis animalia immunda. Sed quod maxime nostro congruit proposito, comparatur. Sage-

Mat. 13.

ne missa in mare ex omni genere piscium congregant. Utque ad consummationem igitur sæculi pisces mali bonis permixti manent; tunc autem Angeli quibus res commissa erit bonos in vasa electa colligent, malos autem foras mittent: tunc purgabant ovile, & hædos ab ovibus separabant: tunc purgabant agrum, & zizania in fasciculos colligebant: tunc purgabant aream, & asseruato frumento paleas igni tradent: tunc purgabant vineam, & omnem palmitem non ferentem fructum abscident: tunc agnoscetur perfectè. Hortus conclusus ex quo omnis plantatio quam non fecit Pater, eradicitur: tunc purgabitur domus à sordibus, & non erunt necessaria vasa in contumeliam: tunc solus erit numerus electorum, nec amplius erunt eis mali utiles ad exercitium. Dicebat Pater in persona Domini per se & per Apostolos suos verbum annunciantis, & rete Evangelicum laxantis jam ab initio: An-

Psal. 39.

nunciavi & locutus sum, & multiplicati sunt super numerum. In qua locum sic loquitur Sanctus Augustinus ad propositum nostrum: Est numerus super numerum, & est numerus certus pertinet ad celestem illam Ierusalem; novit enim Dominus qui sunt ejus, Christianos scilicet Dei vias ambulantes, præcepta servantes, & peccata abstinentes. Ipsi ad numerum pertinent; sed nunquid soli sunt? Sunt & aliqui super numerum. Quanti fideles agglomerantur? quanta turba conver- runt? Multi vere conversi, & multi falsè conversi annunciant Christo mittente annunciatore: suos in universum orbem; ideo dicit; Annunciavi & locutus sum, & multiplicati sunt super numerum. Hæc S. August. Nempe hoc est rete quod congregat copiosam multitudinem piscium (scd mixtum bonos cum malis) annunciatio scilicet Christi & Apostolorum, donec separationis tempus advenerit. Haec etiam mixturem probat S. Augustinus ex eo

quod Dominus non jubeat in dextram vel sinistram naviculae partem rete mitti, sed solum dicit: Laxate retia in captivam. Quasi diceret: comprehendite omnes pisces, bonos & malos. At post resurrectionem signate dicit: Mitte in dextram naviculae, quibus verbis designabatur captura bonorum piscium. Audi ipsius August. verba: Iuste mitti retia, & non dicit in quam partem, sed tantum ne mitti- leam. 15. teratur, præcepit. Misserunt discipuli, non dicit in dextram, non dicit in sinistram. Pisces enim homines significant. Si ergo diceretur in dextram, soli boni futuri erant; si diceretur in sinistram, soli mali. Quia vero permixti futuri erant in Ecclesia & boni & mali, sine differentia, missa sunt retia ad significandum mixturem bonorum & malorum.

Quantum ad secundum, pressuram scilicet multitudinis non satis fideliter convertentis aggravare Ecclesiam, ita ut quandoque videatur subversioni & submersioni proxima, indicat illud ipsum quod hic in Evangelio dicitur: Impleta sunt dextra navicula, ita ut pene mergerentur; dux autem naviculae Ecclesiam ex gentibus & Synagogam converfam designant. Designatum est tunc (inquit Augustinus serm. 4. citato) quod per multitudinem quam collectura erat Ecclesia periclitantura erat disciplina. Namque, ut idem Augustinus dicit 2. de quaest. Evang. Ecclesia turbis carnalium impleta, & eorum moribus pene submersa regnum spirituum in quibus maxime Christi persona eminet, à se quodammodo repellit. Nempe solent in multitudine vitia irrepere; nec potest ita diu vigor fervorque perfectionis in illa conservari, ut ipsa docet experientia in omni gradu & statu: Sic cum pauci forent omni gratia fideles, erat illis cornum & anima una, & communia erant omnia: possessiones vendebant & pretium afferbant ad pedes Apostolorum, Meumque & Tuum, frigida illa verba quæ diffensionem solent inter homines parere exulabant. Inter sanctus est numerus, & mox imminuta est pietas; fervor paulatim defecit eo magis quo major est numerus additus. Quintimo numerus Apostolorum vix steterat ad duodenarium pertigit, & unus invenitur infidus, unus sui & proditor. Numerus Diaconorum ad septenarium venit, & unus advena Auctio Inter Diachenos inter illos profugatissima hæresis auctor conorsuit. Idem videre est in statu clericali & sacerdotali, quod ei multitudine ex parte obfecit. Nam inter Clericos sanctiores longè fuerunt, & collegialiter vivebant, ut studio perfectionis incumbere: nunc autem cum uniusquisque ad gradum clericatum admittitur, & ad Ecclesiasticum statum, videmus quod multi irrepant, superbi, avari, lubrici, contentiosi; & non tam propter Deum veniant, quam propter lucrum & patrimonium crucifixi, quo abutuntur ad superbiam, luxuriam, gulam fovendam. Sic cogimur conquiri: Quomodo obscura tum est aurum, mutatus est color optimus, dispersi sunt

RC

Lib. Luc. Deo Cler. 3. Se. fion. hæres. accor. Rete sum & C. num.

sunt lapides Sanctuarii per plateas? Filii Sion inchoi reputati sunt in vasa reſeſa, denigrata eſt ſuper carbonem facies eorum. An non pravis etiam Sacerdotibus prægratavit Navicula, ita ut penè mergatur? Certè ſicut peccatis fidelium, ſic & maxime peccatis Sacerdotum Eccleſia ita oneratur, ut propterea periclitari videatur in mediis fluctibus & turbantibus perſecutionem: Si propter unum Iudam turbatur navicula Petri & periclitatur, teſte Sancto Ambroſio quanto magis ubi plures Judæi ſunt, hoc eſt diſcipuli perſidi? Turbatur navis qua Iudam habet: eſt multa ibi diſcipulorum merita navigabant, tamen eam perſida proditoris agitabat? Petrus erat, ſed qui in ſuis meritis firmus eſt, turbatur alienus, inquit ſanctus Ambroſius. Denique, quod de multitudine Fidelium, & de multitudine Eccleſiaſticorum, idem dicendum eſt de multitudine Religioſorum. In multitudine non ita viger mortificatio, humilitas, pax, morum concordia; ideo facile itrepiſt contentio, æmulatio, elatio, & exinde ſcandala. In exiguo numero facilius hæc impediuntur, quocirca etiam Navicula Religionis ob multitudinem non nunquam fluctibus agitatur, prægratur, periclitatur; ita ut verum ſit illud Bernardi, ſive de Fidelibus, ſive de Clericis, ſive de Sacerdotibus, ſive de Religionis vocationi ſua non ſatisfacientibus: *Eſt multipliciſſi gentem Domine, non magnificiſſi laetitiam, dum nihil minus apparet deſeſſiſſe meritis, quam numeri acceſſiſſe. Neque enim ſignum ſiment occupare Regni caeleſtis, ſi in quibus avaritia regnat, ambitio imperat, dominatur ſuperbia, iniquitas & luxuria principatur.* Ita Bernardus.

Quantum ad tertium, ſchiſmata ſcilicet & hæreſes in Eccleſia poſtmodum oriundas eſſe, ſignificatum ſuit (interprete S. Auguſt.) in eo quod dicitur: *Rumpatur rete eorum.* Quid enim aliud ſignificat diſrupta retia, niſi futura ſchiſmata, inquit ipſe? Et ſpecialius id explicans ſerm. 5. de diverſis ſubdit: *Retia per totum expanduntur, qui rumpunt autem, per loca rumpunt. Donatiſta ruperunt in Africa, Ariani ruperunt in Egypto, Manichæi in Perſide, &c. Sic & nos videmus quomodo retia ruperunt Lutherani in Germania, Zvingliani in Helvetia, Anabaptiſta in Weſtphalia, Calviniſta in Gallia, Anglia, Hollandia, ſciſſuris variis, & erroribus ab Eccleſia & Eccleſiæ doctrina tanquam à Petri ſagena, ſeſe ſubtrahentes, Nempe illud Auguſtini verum eſt: *Tanta erat carnalium multitudo in Eccleſia, ut etiam diſruptione pacis per hæreſes & ſchiſmata ſcindereſentur.* Quod de tempore Lutheri & Calvini manifeſtè patuit; nam libido & voluptas carnalis primaria cauſa fuit hæreſis & diſſenſionis eorum ab Eccleſia. Unde ut ſuam hæreſim ſtabilirent, hæc carnalem felicitatem & voluptatem propoſuerunt, ut ſecum plurimos attraherent, & è clauſtris viros & mulieres evocarent ſub titulo licitæ eis voluptatis, non obſtantibus votis. Ideoque diſtumpenda eſt hæc retia religionis perſuaderunt, & ad contraſionem, Evangelii.*

jugii libertatem convolandum duxerunt. Hæc fuit prima eorum propoſitio; hæc prima diſſenſio & diſceſſio. Primi Duces Eccleſiæ eorum noviter ſtabilendæ fuerunt illi qui primam fidem Deo datam & vota irrita fecerunt. Nam relictæ auſteritate, paupertate, diſciplinæ, cilicis, (quæ tamquam ſacraſſima retia eos collegerant, concluſerantque primitus intra ſuum feliciffimum Religioſæ Pietatis & Perfectionis) ſtatim autem præbuerunt novitati hujus Religionis voluptatem & libertatem annunciantis, per hæſi prioris vitæ carni blandimenta negantis. Hi ſunt primæ Columnæ Synagogæ veſtræ, ô Novatores, inceſſiſſi Monachi vel Sacerdotes, inceſta Religioſæ & Moniales. Hi ſunt Apoſtoli veſtræ doctrinæ, Tribunes Evangelii veſtri, Tribuni & Duces veſtræ reformationis, qui inter brachia impura mulieris, inter Venerem & Bacchum edificabant quæcumque vos docere volebant, macerantes ibidem carnem ſuam ad prophetandum. Ibi illuminati ſunt novi Paſtores, & invenerunt novam viam eundi ad cælum, quam ipſi primi inierunt, & poſtmodum multorum trita fuit veſtigis. Sed de his poteſt Eccleſia, poteſt & Religio dicere, quod quod de ſimilibus dicit ſanctus Joannes. *Exierunt ex nobis, ſed non erant ex nobis.* Quomodo humores mali quando evomuntur, tunc relevatur corpus, ſic & mali quando exiunt, tunc Eccleſia relevatur; & dicit quando eos evomit corpus & projicit: *Ex me exierunt humores iſti, ſed non erant ex me. Quid eſt non erant ex me? Non de carne mea præciſi ſunt, ſed peccatis mihi premebant cum inceſſent. Ex nobis exierunt, ſed nolite triffeſſe eſſe, non erant ex nobis.* Ita loquitur ſanctus Auguſtinus illam Joannis ſententiam explicans. In eandem ſententiam multa producit ſanctus Cyprianus l. 1. epiſt. 8. & lib. de Unitate Eccleſiæ, ubi inter cætera ſic ait: *Cohæreſcere non poteſt amaritudo cum dulcedine, caligo cum lumine, pluvia cum ſerenitate, pugna cum pace, cum ſecunditate ſterilitas, cum ſonibus ſicentia, cum tranquillitate tempeſtas. Nemo exiſtinet bonos de Eccleſia poſſe diſcedere. Triticum non rapit ventus, nec arborem ſolidâ radice ſundatam procella ſubvertit inanes paleæ tempeſtat: jaſtantur, invalida arbores turbidus incurſione everteſcentur. Hoc exerat & percussit Joannes Apoſtolus dicens: *Exierunt ex nobis, ſed non erant ex nobis.* Hinc Hæreſes factæ ſunt frequenter, & ſunt, dum perverſa mens non habet pacem, dum perſuſa diſcordans non tenet unitatem. Hæc S. Cyprianus.*

Sed concludamus cum Ven. Beda, qui apoſtrophe ad noſtrum propoſitum interpretans hoc caput quintum ſanctæ Lucæ in hoc Evangelio productum, oſtendit non eſſe verè de piſciſus Chriſti, ſive de ejus electis, qui rumpunt rete & elabuntur de ſagena Eccleſiæ; ſed eſſe de numero ſuper numerum, de numero indigno numerari, ideoque eorum loco alios vocari & ſuſcipi. *Rumpitur rete, inquit, ſed non labitur piſcis, quia ſuos Dominus inter ſcandala perſequentiſſimo ſervat. Novi qui ſunt ejus, & apud*

2. IOAN. 24

Fff

am. 25.

Lib. 4. in Lucam.

Inter Religioſos.

De conſerſ. ad Clericos.

3. Scltiſſima & hæreſis & erroris.

Inter ſiſſeſes.

Inter Apoſtolos.

Inter Diſſenſos.

Inter Clericos.

Inter Thren. 4.

apud omnes certus est suorum numerus electorum. Quando rumpitur rete, vocantur alii, alii retro abeuntibus. Quando Judas proditor, Simon Magus, Ananias & Sapphira, & multi discipulorum abierunt retro, Barnabas & Paulus ad gentes missi sunt, ut navicula piscibus impleteret electis. Notat autem S. August. (lib. de consensu Evang.) ad mare Tyberiadis post resurrectionem Domini retia in dextram navigii patrem missa attraxisse centum quinquaginta tres pisces grandes, & signate dixisse Evangelistam non sine mysterio, quod cum tam magni essent, retia non sunt disrupta: hic verò nec de numero, nec de magnitudine piscium sit specifica mentio, sed retia rumpisse significatur. Nempe illic significata est Ecclesia qualis in fine sæculi futura est in ultima resurrectione, cum ad litus trahentur soli electi, qui ad dextram pertinent & ad resurrectionem vitæ. Ibi soli magni pisces capiuntur certo numero numerati: quia omnes electi magni sunt apud Deum, licet parvi sint apud mundum, & omnes numerati sunt, & scripti in libro vitæ. Signanter autem sub tribus illis numeris centum quinquaginta tribus continentur, quia centenas significat observationem mandatorum, quinquagenarius remissionem peccatorum, ternarius fidei, spei, & charitatis observationem. Aliqui etiam dixerunt, quod in mari tot sint species piscium quod hic pisces attraxerunt, scilicet centum quinquaginta tres: quodque residem populis debuerit annunciari. In Christi Evangelium.

Disparitas piscationis. Luc. 5. & Joan. 21.

Palatium in cap. 43. Eccl.

Joan. 23.

Psal. 38.

Conclusio.

piscantes honores, gloriam, opes & commoditates; sed verbotuo piscentur homines, piscentur animas quas ad te adducant. Non laborent de nocte, vanâ & tenebrosâ intentione quæ seculum & lignosum respiciat, sed laborent de die cum gratia tuæ luce, ut non frustra tandem se laborasse cognoscant. Fac ut pisces quos capiunt verbo tuo, sint de dextra, sint dilecti & electi, non sint lubrici, ut de reti erepant: non sint rebelles, ut erumpant, & rete effingant. aut discendant: sed in unitate fidei, spei, & charitatis sua sponte cum gaudio permanentes, tandem ad litoris æterni securitatem pertingant, & ad beatam tuam mansionem.

DOMIN. V. POST PENTECOSTEN.

Nisi abundaverit iustitia vestra plusquam Scribarum, & Phariseorum, non intratis in Regnum Cælorum. Matth. 5.

LECT. 7. tripartita.

Antiquo tempore in lege & Prophetis non fit PARUS I mentio expressa regi cælorum, sed Christus De iustitia annuciavit, & illius Præcursor illud primo Christianamque erexit ad intrandum in illud, & viam externam monstravit. Non ergo jam amplius possessio terre, fluentis lacte & melle, aut bonorum terrenorum, neque prolis fecunditas, aut longa vita, seu victoria de inimicis promittitur: sed cæli hereditas, bonorumque cælestium, & Dei adoptio, ac fraternitas cum Unigenito ejus, victoria quoque contra demones, & perpetui regni communicatio offertur. Ideo merito majora requiruntur certamina ab his qui talia sunt accepturi præmia. Nec mirum esse debet, si major exigitur iustitia & perfectio ab his quibus promittitur regni cælestis adeptio, quam his quibus regni terreni fcebat promissio. Propterea igitur Christus Dominus, qui advenit ut Doctor iustitiæ & Dux regni, hodie in monte sublimi & celebri sedens in clamat suis discipulis, suisque auditoribus: *Nisi abundaverit iustitia vestra plusquam Scribarum & Phariseorum, non intrabitis in regnum cælorum.* In monte perfectionis decreta condebat & promulgabat, quia & in monte lex Moysis licet imperfectior data fuerat. At tamen cum lex vetus daretur, juxta montem populus prohibebatur accedere: nunc Domino docente in monte nemo prohibetur, immò potius omnes in virantur audiant. Quia in lege veritas est, in Evangelio gratia; illic terror incredulis incurritur, hic credentibus benedictionis munus infunditur. Hoc est quod sanctus Leo his asserit verbis. *Qui locus fuerat Moysi, locus est & Apo. In Testamento novo decreta condebat. Nulla ut quondam circumstantibus crassitudine, neque per terribiles sonitusque fulgore populo à montis accessu absterreto, sed patente ad aures*

Exstiti Phari...

Exter...

Inple...

Nisi...